

17. Hinc valde illustre, & gloriosum esse, ab impio Iuliano multis iniuriis appeti, attestatur D. Synesius Epist. 94. cum ab illo sacrilego multis opprobriis afficiebatur. *Quid enim, ait, non ad gloriam nobis, atque existimationem confert? Quicumque laudare nos nititur, cum invenire, quid dicat; aliud nihil potest, hoc primum, & unum, & maximum proferat: Iulianum de illo detrahere: hoc enim uno verbo, quae non honorum copia continetur? Siquidem nequitia generi omni adversari, nihil aliud est, quam esse generi omni virtutis affinem. Per sacrum tuum caput, & liberorum salutem inire, nihil esse, in quo melius de me Iulianus, quam iniuriis, & probris laceffendus, mereatur: nam & apud Deum, & apud homines preclarum mihi erit, & amplissimum.* Valde praexcellentum est, & prauitate reprobari: nam qui ab omni malitia reprobatur, omnino esse verificatur virtutum decore conspicuum.

QUESTIO V.

Quare non de lege, sed de seniorum traditionibus ponunt questionem?

28. **N**ON dicunt in praesenti Scribae, & Pharisei, quod Domini discipuli transgrediuntur legem, sed seniorum traditiones? Respondeo. Primum, quod in tanta legis obseruatione vivebant discipuli, ut etiam eorum inimici, quod ei opponerent de violata lege, non haberent. Ad Titum 2. num. 7. ait Paulus: *In omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum: ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.*

29. **S**ecundò. Pharisei, ut refert D. Marcus 7. n. 2. cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est non lotis, manducare panem, vituperauerunt, & dicunt, *Quare discipuli tui communibus manibus manducant panem? Quamuis Pharisei essent iniqui, hoc tamen habuerunt, quod non arguunt Apostolos de his, quae forte audierunt; sed de his, quae ipsi viderunt. Discipuli Ioannis, cum vidissent Dominum cum suis discipulis discumbentem in conuiuio in domo Matthaei, accedunt, & dicunt: Quare nos, & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Matth. 9. num. 14. De re à se ipsis inspecta, questionem ponunt. Vel Pharisei ob suam malitiam hoc obiciunt, existimantes, à se discipulos capi in re, ut pote ab ipsismet visa, quae negari non poterat.*

30. **T**ertio. D. Chrysostomus homil. 52. in Matth. postquam notat, quod Pharisei ex maiorum traditione multa innouarunt, subdit: *Quae res ad tantam peruenit nequitiam, ut praecepta ipsorum magis, quam Dei mandata custodirentur; & nullam de mandatis Dei curam facientes, obseruationum contemptores viscebantur, maximoq; delicto obnoxii erant.* Idem docet Eusebius Gallicanus homil. in feria 4. post 3. Domin. Quadrages. Hugo, & alij. Cum inuentores harum traditionum extitissent Pharisei in libro, à se edito paulo ante aduentum Christi; inde fiebat, quod de earum obseruantia erant maxime solliciti, valdeque rigide eorum violatores castigabant, nihilque de lege Dei, ab ipso Deo data, curabant. Sic Proh dolor! saepe contingit, ut homines plus solliciti sint de suis, quam de his, quae Dei sunt.

31. Scribit Paulus ad Galatas 1. num. 14. quomodo

ipse ante suam conuersionem extitisset ardentet amator, ac zelator paternarum institutionum, ac Iudaicae sectae. *Proficiebam, ait, in Iudaismo super multos coetaneos meos; in genere meo, abundantius amulator existens paternarum mearum traditionum.* Amulator, id est zelotes, ut habet Graecus. Cur suum feruentem zelum, non dicit, sibi fuisse pro lege, sed pro paternis traditionibus? Apostolus ante suam conuersionem extabat ex Phariseorum ordine: *Secundum legem Phariseus: ut ipse de se testatur ad Philip. 3. num. 5.* Vnde explicat D. Remigius: *Paternarum traditionum, scilicet Phariseorum.* Harum ergo se dicit habere zelum feruentem, non verò legis; nam traditionum auctores extiterant Pharisei, ex quorum secta ipse erat: Lex verò à Deo data fuerat: & ipse Saulus, ahuc humana sapiens, plus attendebat ad ea, quae ad se spectabant, quam ad illa, quae Dei erant. D. Primasius, & Claudius Altifiodorensis Episcopus in Epistola ad Galatas: *Paternas traditiones, inquit, non Domini mandata commemorans, Phariseum se ex Phariseis indicauit.*

Venit ad Christum Dominum quidam, & ait illi: *Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam aeternam?* Matth. 19. num. 16. Quae, non tentandi animo, sed virtutis studio quaerit à Domino, ut docent D. Chrysostomus, Theophylactus, S. Thotnas, & alij, ut suo loco adnotabo. Respondens Christus ait illi: *Si vis ad vitam aeternam ingredi, serua mandata.* Tunc iterum accedens quaerit. *Dixit illi, quae?* Multum insipida, ac ignorans videtur haec interrogatio. Aperte notum est, quod, qui peccat in vno, factus est omnium reus; violatione vnus mandati, gratia, ac beatitudine priuatur homo: quomodo ergo virtutis studiosus quaerit, quae mandata sint ei obseruanda, ad vitam assequendam? Euthymius: *Putabat, ait, praeter legalia esse alia, scilicet mandata, quae ad talem inducerent vitam.* Haec sine dubio erant seniorum traditiones, quas cum videret esse repugnantes legis mandatis, ut Christus Dominus hic explicat sequenti num. 3. *Vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram: id est hic virtutis studiosus quaerit, quae mandata sint ab eo seruanda. Sed quorsum iste dubitat inter legis mandata, & maiorum traditiones: planum enim erat, Dei praecipua praeferenda esse. Quomodo ergo quaerit? Quae? Videbat ipse, quod Scribae, & Pharisei plus attendebant ad traditiones, utpote suas, & tanquam res proprias, quam ad Dei praecipua: inde dubitat homo, quae sint ab eo seruanda, & ideo quaerit: Quae?*

QUESTIO VI.

Quare Pharisei questionem de non lotis manibus excitant potius contra Discipulos, quam contra Magistrum?

PHARISEI Christo Domino insidiantes, non ipsum arguunt, sed Discipulos de non lotis manibus, cum panem manducant. Respondeo. Primum, ut iam notauimus superiori quaest. ex D. Marco, scribente, quod cum venissent ad eum Pharisei, & quidam de Scribis; & cum vidissent quosdam ex Discipulis eius communibus manibus, &c. Cum ergo ita vidissent Discipulos manducantes, & non Magistrum; id est tantum contra Discipulos questionem mouent.

Secundò.

34. **A**bulensis. Secundò. Abulensis q. 7. ait, quod Pharisei, & Scribae artificiosè, ac diabolicè detrahentes aliquando arguebant Magistrum apud Discipulos, nam cum Christus manducaret cum publicanis: dixerunt Discipulis eius Pharisei: *Quare cum publicanis, ac peccatoribus manducat Magister vester?* Matth. 9. n. 11. Quasi dicerent, Turpe est, quod talem Magistrum habeatis, qui cum talibus accumbit ad mensam. Quando autem ipsis Phariseis videbatur, quod Discipuli delinquebant, tunc eos apud Magistrum accusabant, ut in praesenti, ac quando eos viderunt colligentes spicas in Sabbato. *Ecce Discipuli tui faciunt, quod non licet facere, Sabbatis.* Matth. 12. num. 2. Modus autem erat iste ponendi discordiam inter Magistrum, & Discipulos per detractionem de vtriusque: volebant enim facere odiosum Magistrum Discipulis, & Discipulos Magistrò.

35. **T**ertio. Pharisei Christum D. accusare non ausi, Discipulos accusant: *Quare Discipuli tui transgrediuntur, &c.* Sic Hebraei in Aegypto dicunt Pharaoni: *En famuli tui flagellis ceduntur, & iniuste agitur contra populum tuum.* Exod. 5. num. 16. Appollitè Lyranus ibi. *Non dixerunt, ait, iniuste agis, ne Regem offenderent, vel honori Regis detraherent; sed iniuste agitur.* Sic & Dauid non ausus timiditatis notam imponere in Saulem, in clientem impingit eam. *Non concidat cor cuiuscumque in eo, scilicet Gigante.* 1. Reg. 17. num. 32. Videbatur enim dicturus, Cor tuum, & Rex, ne pauca. Ab hac tamen calumnia ille abstinet, & in seruos suos eam deuoluit, dixit enim, *non concidat cor cuiuscumque: tanquam supponens cor Regis impeteritum, ac firmum; terrorem autem in alios refert.* Sic & Sacerdos Achimelech non ausus dubitare de Regis munditia, ne ipsum offendere videretur, puerorum continentiam in dubium reuocat. *Si mundi, ait, sunt pueri, maxime à mulieribus.* 1. Reg. 21. num. 4.

36. **Q**uartò. D. Paschasius, lib. 7. in Matth. Mira, ait, Phariseorum, Scribarumque stultitia, Dei filium arguunt. *Quoniam quidquid in Discipulis reprehenditur, ad calumniam Magistri insidiosè ab ipsis, qui ab Ierobolymis aduenerant, Scribae, & Pharisei, refertur.* Cum Pharisei Christum arguere non auderent, arguunt Discipulos, ut eorum crimen in Magistrum retorquerent: nam si peccatum erat, manus non lauare, quod faciebant Discipuli, videbatur esse culpa Magistri, hoc videntis, & eos non increpantis; sicut enim discipuli probitas est gloria magistri; vnde ad illud 1. ad Thessalonicenses 2. num. 19. *Vos enim estis corona nostra:* ait D. Ambrosius: *Discipulis enim in agone victoribus, dignus erit corona magister: Sic & iniquitas discipulorum adscribitur magistro.* Ex quo Plutarchus documenta praebens bono suo discipulo Trajano, & exhortans eum, ut rectè se habeat in probitate morum, sic illum alloquitur in Praefatione Politica ad Trajanum. *Tuae virtuti congratulor, ait, & fortuna mea: si tamen rectè gesseris, quam probè meruisti principatum: alioqui te periculis, & me detrahentium linguis subiectum iri non dubito; cum sermo publicus delicta discipulorum refundere soleat in praecipitorem.*

37. **C**um in Horto ad execrandum nefas processisset Proditor, ut Iesum Iudeis osculo traderet, ait illi Dominus: *Amice, ad quid venisti?* Matth. 26. num. 50. Cur Iudam vocat amicum, & non potius discipulum; & insuper ad modum quaerentis, ut notant D. Chrysostomus, S. Thomas, & alij:

ait: *ad quid venisti?* cum ipse omnia clarissime praeciret. Amicum vocat, ut suam erga illum dilectionem ostendat, quod quamuis eius mortem machinaret, adhuc ipsum multum diligebat, & tanquam amicum appellabat. Discipulum autem non dicit, quia talia perpetrarent, non tanquam discipulum agnoscebat. Et cum frequenter discipulorum defectus magistro imputentur; idè veluti ad modum nescientis, cum ipse omnia optime sciret, quaerit: *ad quid venisti?* ut esset omnibus exploratum, quod tanti criminis perpetratio, non ex Magistri doctrina, sed ex Discipuli malitia scaturiens proueniebat.

38. **C**omprehensus meus Iesus, cum astaret coram sacrilego iudice, Pontifex interrogauit Iesum de Discipulis, ac doctrina eius, Ioan. 18. num. 19. Cur, cum Christus D. reus adiudicandus venit, interrogatur de Discipulis, ac doctrina; & primò de Discipulis? D. Cyrillus Alexandrinus, lib. 11. in Ioan. cap. 43. *Christo victo, ait, quoniam crimina inferre non poterat Pontifex, de Discipulis, & doctrina interrogat.* Redemptori aliquam culpam imponere Pontifex non valebat, idè de Discipulis, ac doctrina interrogat. Rectè Albertus magnus: *Interrogat, ut eum sic accusare posset.* Sicut enim homo accusatur ex mala doctrina; sic & ex malis discipulis: & sicut iniqua doctrina Doctore imputatur; sic & defectus discipulorum Magistro.

QUESTIO VII.

Quam sinistro animo venerint Pharisei?

QUAMVVS Abulensis q. 6. multas rationes adducat, ex quibus probari poterit, quod isti Pharisei, non malo animo venerint ad Christum: tamen sine dubio cum communi sententia sanctorum Patrum, D. Chrysostomi, D. Hieronymi, D. Paschasij, Euthymij, Theophylacti, S. Thomae, ac ipsius Abulensis ad finem questionis, tenendum est, quod sinistro, & malo animo venerint; quia si maligna mente non venissent, tam rigide non reprehenderentur à Domino, ut hypocritae appellarentur, adduceente illud Isaia: *Cor autem eorum longè est à me.* Deinde de tali re, quod quis comederet, non lotis manibus, probè, & rectè non erat arguendus.

40. **T**andem. Quia aliorum actiones, & facta explorare, ac scrutari, valde alienum est à bono, & sano animo. Magnus dux Israel frequenter suo nomine, Iosue nuncupatur. *Dixit Moyses ad Iosue, elige viros,* Exod. 16. num. 9. *Et fecit Iosue, ut locutus fuerat Moyses.* ibidem, num. 10. *Et Iosue minister,* Exod. 24. num. 13. Et sic saepe. At vero cum exploratorum nomina scribantur, qui in Promissionis terram mittuntur, dicitur: *De tribu Ruben Samnuia filium Zeebur; de tribu Iuda Caleb filium Iephone; de tribu Ephraim Osee filium Nun.* Num. 13. num. 7. Hoc est ex tribu Ephraim Iosue; siue, ut legitur ab Origene, homil. 1. in Iosue, *Ause.* Sed quorsum, cum aliis in locis frequenter Iosue, hoc est Iesus, nuncupetur; cur hic, praetermissò hoc magno nomine, Osee, siue Aulse nuncupatur? Dabatur ei in praesenti exploratoris officium; & aliorum motes, & facta explorare, res quaedam videtur dedecens spiritui Iosue, siue Iesu pleno; valde enim suspectum est apud probos, aliorum gressus scrutari, & perquirere. Ci-

tatus

D. Synesius.

Magna gloria, ab iniquo reprobari.

Ad Tit. 2.

29. Marc. 7.

Arguunt de re à se visa.

Matth. 9.

30. D. Chrysost.

Euseb. Hugo.

Homo plus sollicitus de suis, quam de Dei rebus.

31.

Galat. 1.

Graecus.

Ad Philip. 3. D. Remig.

Non de lege, sed de traditionibus sollicitus.

D. Primasius. Altifiodor.

32. Matth. 19.

D. Chrysof. Theophyl. D. Thom.

Euthym.

1. Reg. 21.

36. D. Paschas.

Culpa Discipulorum ad magistrum refertur.

1. ad Thef. 2. D. Ambros.

Plutarch.

33. Ex his, quae Pharisei viderunt, questionem mouent.

37. Matth. 26.

D. Chrysof. S. Thom.

34. Abulensis.

Matth. 9.

Matth. 12.

Pharisei volebant seminare discordias.

35. Pharisei Magistro detrahere non ausi, Discipulis detrahebant.

Exod. 5. num. 16. Lycan.

1. Reg. 17.

1. Reg. 21.

36. D. Paschas.

Culpa Discipulorum ad magistrum refertur.

1. ad Thef. 2. D. Ambros.

Plutarch.

37. Matth. 26.

D. Chrysof. S. Thom.

Defectus discipulorum magistro imputantur.

38. Ioan. 18.

D. Cyr. Alex.

Alb. Magn. Ex defectu discipulorum magister accusatur.

39. Abulens.

D. Chrysof. D. Hieron. D. Paschas. Euthym. Theophyl. S. Thom.

40. Alienum à bono spiritus aliorum facta explorare. Exod. 16. Exod. 24.

Num. 13.

Origene.

Alienum à bono spiritus aliorum facta explorare.

tatus Origenes. Inter eos, ait, qui ad explorandum missi sunt, nomen eius Aufe scribitur. Et forsassis pro exploratoris officio, non Iesus, sed Aufe dictus est. Propius ad nostram quaestionem accedamus.

QVÆSTIO VIII.

Quare Scribae, & Pharisei veniunt ad Christum, & hanc quaestionem proponunt?

41. Ne corrigat, potestatem habe.

Deuter. 7.

D. August.

42. Magna miseria, de aliorum denigratione nescere.

Nazianz.

A. 5.

Theophil.

43.

RESPONDEO. Primò. Quòd hæc quaestio de non lotis manibus excitata est à Scribis, & Phariseis ex magna eorum ignorantia; nam aliorum, qui sub tua potestate non sunt, velle mores corrigere, ac emendare, res indecens, ac multis exposita periculis, & dissensionibus est: habe potestatem, & tunc ad increpandum procedes. Populo Israëlitico ait Moyses Deuter. 7. n. 1. Cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam possessurus ingredieris, tradideritq; gentes Dominus Deus tuus tibi, percutes eas. Quin potius hæc facies eis: Aras eorum subvertite, & confringite statuas, lucosq; succidite, & sculptilia comburite. Cur statim in primo ingressu non mandat Dominus aras, lucos, ac imagines inanum deorum subvertere? cur per aliquod tempus patitur, vt populus electus commoretur in terra tot falsorum deorum monumentis infecta? Quomodo permittitur, quod in eodem folio ab Israëlitico verus Deus adoretur, & ab incircunciso Chanaanæ idololum? Quorsum ergo mandat, quod prius terram possideat, & postea idola subvertat? Vt his instruamur, quod ab illis est abstinendum, in quos potestatem non habemus: prius ergo curandum, vt superioritatem, ac dominationem in eos obtineamus; & tunc ad illorum prauos mores corrigendos, ac malas herbas eradicandas procedendum. D. Augustinus serm. 6. de verbis Domini, cap. 11. Audistis, qua vobis legitur: Cum data fuerit vobis terra in potestatem (Prius ait, in potestatem, & sic dixit, qua facienda sum) Aras, inquit, eorum destruetis, lucos eorum comminuetis, & omnes titulos eorum confringetis. Cum acceperitis potestatem, hoc facite. Vbi nobis non est data potestas, non facimus; vbi data est, non pratermittimus. Secundò. Pharisei mundano spiritu ferebantur, qui alios denigrare volebant, vt ipsi nitidius perlucere. Humana calliditas alienam depreffionem, suam reputat exaltationem; & aliorum deuenustationem, suam iudicat exornatum: quod extremam esse miseriam, rectè scribit Nazianzenus, Orat. 2. de Pace. Extrema quippe miseria est, ait, non propriis vitiis, sed aliorum imbecillitate niti. Quàm aliter ergo sublimius nitet Apostolica gloria! In Actis Apostolorum, cap. 5. num. 15. Ita vt in plateis egerent infirmos, & ponerent in lectulis, ac grabatis, vt veniente Petro obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Præclare S. Theophilus Alexandrinus de celebratione Paschæ. Apostolica umbra non obscurat, sed in vitam inducit. Hæc est magna cellitudo, quæ alios non obscurat, sed sine aliquius diminutione, seu potius subleuatione ipsa niter, & resplendet: hæc enim non nititur alieno dedecore, aut infamia, sed sua virtute, & gloria. Tertio. Scribae, & Pharisei, cum essent iam

ætate prouecti, dolebant maximè, Christum in ætatis adolefcentia illis communi populi opinione præponi. Vnde tanquam de antiquitate solliciti, in ipsoque longo temporis interuallo confidentes, inuidia stimulat, velut sub majorum reuerentia ponunt: Quare transgrediuntur traditiones seniorum? Vnde rigidè à Domino reprehenduntur; hypocritæque vocantur, vt patet ex subjunctis verbis. Valde enim intolerabile est, sub prætextu senectutis duntaxat, omnibus velle dominari, & iuuenum actiones, etiam virtute conspicuas, quia eorum authoritati non coherent, corrodere, & carpere.

Prætextu senectutis nollet alijs dominari.

44. Apoc. 5.

Genes. 22.

Daniel. 7.

Nullus aetate confusus se ultra id, quod capit, extendere velit.

D. Ambros.

45.

Quilibet suæ patris defecum.

46.

Ad Rom. 13.

Quàm diuersum, & omnibus vile documentum nobis inculcat Ioannes Euangelista Apoc. 5. num. 1. Vidit enim ipse in dexteram sedentis super excelsum thronum librum scriptum intus, & foris, signatum sigillis septem; & cum nemo, nec in Cælo, nec in Terra, neque sub terra dignus inuentus esset aperire librum, & soluere signacula eius. Tunc Euangelista ait: Et ego stebam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, & soluere signacula eius. Cum in hos fletus Euangelista prorumperet, ab vno ex senioribus dictum est ei, vt se à lachrymis temperaret; dignus enim erat Agnus aperire librum. Ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum Agnum stantem tanquam occisum. Qui venit, & accepit librum, illumque referauit, eiusque mysteria euulgauit. Duo in præsentia quaero. Et primò: Cùm Christus D. introducitur mysteria explanans in puerili, ac iuuenili ætate agni; non vero in virili, ac perfecta ætate triginta trium annorum, in qua pro nobis Redemptionis mysterium adimpleuit; quod præfiguratum fuit in celebri sacrificio, in quo Abrahamus arietem immolauit. Vidit post tergum arietem inter vepres harentem cornibus, Gen. 22. num. 13. Vel sub senili ætate, vt apud Daniëlem 7. num. 9. Antiquus diurnum sedit, & capilli capitis eius quasi lana munda. Deinde quaero: Cur nullus ex senioribus audeat extendere manum ad librum, illumque referare; nullusque ex illis ad exponenda sacramenta se offert, sed omnes prompto animo expectant, vt à iuenculo instruantur, ac edoceantur? Vt in hoc nobis magnum præbeant exemplar; quod nullus prouecta ætate confusus audeat manum leuare ad ea, quæ non attingit; sed quòd quilibet sedulo, ac obediendi animo sit præparatus edoceri in magnis ab illo, qui potens sit proferre, siue pter, siue adolefens, vel senex existat. Huc adduco id, quod eleganter dixit D. Ambrosius, lib. 3. ad Gratian. relatus à Vincentio Lyrensi contra prophanas Hæreticorum nouitates. Notandum, ait, quòd librum signatum illum propheticum, non seniores aperire ausi sunt, soli Christo explanandi eius prerogatiua seruata est. Quartò. Ex quadam pestifera maleuolentia Scribae, & Pharisei arguunt in præsentia sacros Apostolos: nam estò videretur aliquis defecus, non lotis manibus manducare; tamen leuissima erat culpa; quæ proinde dissimulanda videbatur, cum humana infirmitas nil ad perfectum semper adducat; ordinariè enim loquendo, nullus est in hac vita, qui sua nota careat. Ait Apostolus ad Rom. 13. num. 3. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Quid dicis, magne Paule? Quid offers in hoc tuo pronuntiato? nunquid laudis desiderio bonum agendum est? hoc frequenter ab

Aliquod leuius permittendum, vt maius malum auferatur.

Greg. Magn.

eximio Apostoli spiritu reprobatur. ne simus inanis gloriae cupidi: quomodo ergo ait, bonum fac, & habebis laudem? Gentium Doctor agnoscens humanam imbecillitatem, quod omnem perfectionem assequi non valeat, permittit id, quod leuius erat, vt auferret, ac expungeret per operationem boni, malum, quod turpius consistebat, ac maius nocumentum ingerebat. D. Gregorius Magnus in Pastoralis cap. 4. post Admonitionem 36. præfata verba Apostoli explanans, sic subdit. Neque enim, ait, ideo bona agenda sunt, vt per hæc gloria transitorie laudis sumatur: sed cum infirmam mentem ad tantum robur ascendere non posse pensaret, vt prauitatem vitaret, simul & laudem Prædicator egregius ei adiuuando, aliquid obtinuit, & aliquid tulit, concedendo enim leuia subtraxit acriora. Cum valde difficile sit, vt humana mens omnem prauitatem deuitet, minus ergo nocumentum permittit magnus Doctor, vt maius auferret.

Matth. 15. num. 3. Ipse autem respondens ait illis: Quare & vos transgredimini mandatū Dei propter traditionem vestram? nam Deus dixit:

Num. 4. Honora patrem, & matrem. Et qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.

VERSIONES.

Arabicus. Transgredimini mandata Dei propter statuta vestra.

Luc. Burgenf. Per traditionem vestram. Vatabl. Arias Nam Deus præcepit

Syriacus n. 4. Honora patrem, & matrem tuam; & qui maledixerit patri suo, aut matri suæ.

Arabicus. Qui dicit verbum malum in patrem suum, vel matrem suam.

Hebraeus. Moriendo morietur.

EXPOSITIO II.

47.

Hugo.

Cur dixit traditionem vestram.

NON respondet illis Dominus directè; sed quia illi interrogando criminauerant Discipulos, vt ait Hugo, ideo etiam illis inquisitiuam obicit interrogationem, eoque tacite sugillat, ostendens, ipsos potius esse arguendos, quam Discipulos, & quòd non oporteat manus corporis materiali aqua lauare, sed manus cordis elemosynis. Quare vos transgredimini mandatum Dei? Eos primo confusos reddit, ac eorum temerariam audaciam reprimit, aperto documento ostendens, eorum traditiones esse malas, ac iniqtas, Deique mandatis repugnantes: propter traditionem vestram: seu, vt alij legunt, per traditionem vestram; per, idem est, ac propter. Et non dixit Christus, propter traditionem seniorum, vt ipsi fuerant locuti; sed propter traditionem vestram: quia illæ traditiones non erant diuinæ, nec patriarchales contentæ in libris Moyfis, Psalmodum,

Isaia, vel Ieremiæ, vel aliorum Prophetarum, sed paulo ante ab ipsis fuerant inuentæ, vt dixi q. 2. Chrysofomus homil. 52. ait: Non dixit, seniorum traditionem, sed vestram: nec quia seniores, sed quia vos dicitis, vt minus molestus sermo videretur. Non dixit seniorum, sed vestram, vt sermo non tam asper, sed minus exosus haberetur.

D. Chrysof.

48.

D. Chrysof. Paschaf. Euthym. & Thom.

Deuter. 5. Exod. 20. Oloaster.

D. Hieron. 1 Tim. 5.

D. Hieron. Honor cum munere exhibetur. 1. Reg. 6. Caribul.

Nam Deus dixit, seu præcepit, vt alij legunt. Honora patrem tuum, & matrem. Hoc est, vt communiter explicant Patres Chrysofomus, Paschasius, Euthymius, S. Thomas, opem, beneficentiam, ac elemosynam exhibe parenti tuo, si indigeat. Honor filiorum erga parentes tria continet, reuerentiam, obedientiam, & beneficentiam, vt explicatur Deuter. 5. num. 16. Vnde illud Exodi 20. num. 12. Honora patrem tuum, & matrem tuam: legi potest ex Hebræo, vt aduertit Oleaster: Honora patrem tuum, & matrem tuam. Sicque explicat D. Hieronymus epist. 11. ad Agruchiam. illud 1. ad Timoth. 5. num. 5. Viduas honora. Et ibidem illud num. 17. Presbyteri duplici honore digni habeantur. Ait S. Hieronymus: Honor in præsentiarum, vel pro elemosynis, vel pro munere accipitur. Vnde 1. Regum 6. num. 3. Nolite dimittere Arcam vacuum. Eleganter explicat Carthusianus: Nolite dimittere eam in honoratam. Ecce honor, quem lex iubebat parentibus indigentibus impendi. Iudæi autem per suas traditiones dicebant, vt huiusmodi dona, parentibus conferenda, in Templum ob suas commoditates asportarentur. Et sic per suas traditiones Dei præceptum violabant. De quo latius exposuit, sequenti.

Qui maledixerit patri, vel matri, id est, qui iniurioso verbo de honestauerit parentes, morte morietur; absque vlla spe veniæ morietur. Nec enim dignus est vita, qui eos iniuria afficit, à quibus vitam accepit. Leuit. 20. num. 9. Senlus est: Si is, qui maledico ore dedecorat patrem, vel matrem, per legem reus mortis efficitur, quanto magis erit morti addictus ille, qui eis malefecerit, eisque surripuerit sustentationem ex iure naturæ debitam: immò nob solum surripit, sed etiam è cathedra, vt magister, id alios docet, ad hocque exhortatur.

49. Leuit. 20.

QVÆSTIO IX.

Quare Christus directè non respondit ad accusationem Pharisaorum, sed eis sua crimina obijcit.

VOLEBAT Dominus in præsentia, suos Discipulos defendere à Pharisaorum accusatione. Quorsum ergo ait: Quare vos transgredimini mandatum Dei? Hoc enim videtur, non planè respondere: nam accumulare inconuenientia, non est soluere inconueniens, criminâque obijcere, non est diluere culpas.

50. Ratio dubitandi.

Respondeo. Primò. Quòd humana malitia nulli euidentiæ, nullique rationi acquiescit: & ideo Christus Dominus primò Phariseos, & Scribas confusos reddit, illisque sua crimina obijcit, cum ob hominum traditiones mandata Dei transgrediantur; & postea à num. 11. ostendit, quod in Discipulis suis, in hac manu lotionem prætermisissa, nulla sit culpa: Non quod intrat in os conquinat hominem.

51. Ratio ad litteram.

Secundò. D. Chrysofomus, Euthymius, Abulensis q. 16. inquirunt, quod valde mirabiliter se Domi

52. D. Chrysof. Euthym. Abulens.